



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Considerationes antemeridianæ: ex eodem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

CONSIDERATIO I. ANTE-  
MERIDIANA.De excellentia, & qualitatibus  
Amoris Dei.

Genf. l. 3. **M**agna res est amor Dei, magnum  
c. 5. n. 3. 4. **M**inimo bonum. Est amor pius, iucundus,  
5. 7. **A**moris Dei **f**idelis, prudens, & seipsum nunquam qua-  
qualitates. **r**ens. Est amor circumspectus, humilis, &  
**r**ectus; sibi vilis, & despectus, Deo deu-  
**t**us, & gratificus, fidens, & sperans sem-  
**p**er in eo. Magnus clamor in auribus Dei  
est ipse ardens affectus animæ, que dicit: De-  
**u**s meus, Amor meus, tu totus meus, &  
**e**go totus tuus.

## CONSID. II.

De efficacia amoris Dei in or-  
dine ad meritum.

Id. l. 1. 15. **S**ine charitate opus externum nihil pro-  
2. & 2. **S**dest; quidquid autem ex charitate agitur,  
Opera cha- quantumcunque parvum sit, & despectum,  
ritatis me- totum efficitur fructuosum. Magis sequitur  
ritoria. **D**eus pensat, ex quanto quis agit; quanto  
quantum quis facit. Multum facit, qui multum diligit.  
tem habet, in nulla re seipsum querit, sed Dei  
gloriam solummodo in omnibus fieri deside-  
**r**at.

CON-

## C O N S I D. III.

De Charitate proximi in suppor-  
tandis illius defectibus.

QVia Charitas habenda est ad omnes, *1a. 1. 1. 2.*  
 stude patiens esse in tolerando aliorum *2. & 16.*  
 defectus, & qualescunque infirmitates. Deus *2. & 4.*  
 sic ordinavit, ut discamus alter, alterius one- *Charitas*  
 ra portare; quia nemo sine defectu, nemo *sufficit pro-*  
 sine onere, nemo sibi sufficiens, nemo sibi *ximi defe-*  
 satis sapiens; sed oportet, nos invicem por- *aus.*  
 tare, invicem consolari, pariter adjuvare,  
 instruere, admonere, & omnes amare in te;  
 O Deus! qui verè amant te; sicut lex ju-  
 bet amoris lucens ex te.

## C O N S I D. IV.

De perfecta resignatione in  
Dei voluntatem.

Fili, sic dicas in omni re: Domine, si ti- *1a. 1. 3.*  
 bi placitum fuerit, fiat hoc ita. Domi- *15. 1. & 2.*  
 ne si fuerit honor tuus, fiat in nomine tuo  
 Domine: cum propria enim resignatione *Actus resig-*  
 tibi totum committendum est, atque dicen- *nationis in*  
 dum: Domine tu scis, qualiter melius est, *Dei volunt-*  
 fiat hoc, vel illud, sicut volueris. Da, quod *tatem.*  
 vis, & quantum vis, & quando vis. Li-  
 bere age mecum in omnibus: in manu tua  
 sum, & versa me per circuitum. En  
 ego

H h 2

ego

ego servus tuus paratus ad omnia, quoniam  
non desidero mihi vivere, sed tibi: utinam  
dignè, & perfectè.

DIGRESSIO XX.  
ET VLTIMA.

*Continet utilem doctrinam, & pra-  
xin quotidiana oblationis, seu pura  
Intentionis &c. Resignationis sua-  
luntatis, pactique magni Pec-  
catoris cum Iustitia divi-  
na.*

THEOPHOBVS.  
(I.)

**R**edimus tandem in fine Exercitiorum ad primum eorundem principium, scilicet ad ultimum hominis finem, ac centrum, qui solus Deus est, mediante unione mysticâ attingendus in medio, donec perfectâ fruitione possideatur in termino. Tunc autem anima per unionem mysticam in hoc extilio cum eodem copulatur, quando ab omnibus vitijs, & inordinationibus libera, & expedita, non tantum à rebus creatarum imaginibus totaliter excessit, verum etiam à seipsa deficiens, atque in seipsa velut ad nihilum redacta.

Unio viatoris cum Deo in quo consistat?